

Nec hic quietem cepit, nec laborem inter-
ploravit.¹⁾

Abbas Laboriosus.
Territorii fines ita obiit
ut jurgiorum,²⁾ quibus se vicini nunquam
non torquent

finem posuerit celeriter,
Agros, prata, Sylvas, bonorum tempora-
lium cimelia³⁾

limitibus contra infestorum insultus
munivit Solers.

Nobis denique relinquens nostra
Satis aucta,
quia Secura.

Archivio Seu tabulario nostro curam ad-
movit

Praecipuam.
Et dum originalibus Suas in forma
authentica

adjici curavit copias,
Copiam nobis fecit, Se pene voci-
tari

Archivii nostri originem.
Monasterii Aedificium post debitorum
ruinam

meditatus
ut jam inchoarat, perfecisset indubie
Nisi morbus pro fundamento posuisset
obstaculum⁴⁾

Et denique fossam mortualem⁵⁾
Hoc in Udalrico mirandum, quod dum par-
simoniam

ubique adhiberet opitulatricem⁶⁾
ipse interea omnes pauperes praecipue et
egenos juvaret

Largissime.
Et dum canonicae suae eraderet debita
nulli deberet quidpiam
optima plane oeconomia!

Absque proprii dispendio,⁷⁾ sua cunctis
dispendere.

Religionem
Qua Deo nos homunculi servimus
Marchtali fecit splendidam.

Templi Domini
Nitorem
Semper curans, sacristiae augens sacram
suppellectilem

ostendit, quis ille, cuius Majestati
fulvum⁸⁾ utriusque Indiae metallum
consecraret, si haberet.

Officio Divino
Cum eidem interesse decuit, de die, et nocte
quin quidpiam eum remori⁹⁾ posset,
Praesentem se Stitit.

Nec unquam se putavit magis Secun-
dum

quam dum omnium se exhiberet
Primum.
Parrochiis et officiis
tam domi, quam foris
praefecit neminem, nisi duce illo, qui
Magni consilii Angelus
in Sacro codice nominatur.
In hoc felix
Oviculas Christianas suo sub regimine ita
pastas
ut esurirent nunquam.
Majorem in Udalrico laetitiam deprehendit
nemo,
quam cum expletō tyrocinio¹⁾ quos-
quam
sacra Professione²⁾ donaret.
Triginta omnino sunt qui ex eiusdem
manibus et amictum suscepere candi-
dum³⁾

Et in iisdem Solenne dixere Sacramentum.
Trium votorum observantiam, Si-
lentium, et quidquid
in suo apparatu numerat disciplina reli-
giosa,
Sicut servavit ad unquam⁴⁾ ipse
ita suis presse⁵⁾ inculcavit,
Ne ab his vel transverso abirent
digito.⁶⁾

Manum hinc dexteræ excelsi jugiter
adjutricem

Expertus.
Exhortationibus Patheticis
quibus ordinarie conventuum capitularium
Prologum

fecit,
verba miscuit, et gratiae, et ignita,
Palam faciens,
quantum in Udalrico Spiritus, qui tot
impleret.

Otio in Suis praecavens
Litterarum studia intra muros nostros
Eum in gradum extulit, quem mirarentur
et exteri,
Etsi non atavis editus Regibus,
maecenas tamen.

Ipsa hypocaustuli⁷⁾ Sui inquilinus⁸⁾
assiduus,
Quo vel ad Sacrorum canonum vo-
lumina,
quae in deliciis suis numeravit,
incumberet,
vel ut rerum agendarum nova conque-
ret⁹⁾ consilia

Prudentiae sale Semper condita.
patientiam in adversis
ceu murum aheneum Sibi posuit, quem
integer

1) Schreibfehler für interpolavit verhindern.
2) Streit, Zank.
3) Kleinodien.
4) Hindernis.
5) das Grab.
6) als Helferin.
7) Schaden.
8) gelb.
9) Schreibfehler für remorari verhindern, aufhalten.

1) Noviziat.
2) Profes.
3) das weiße Ordenskleid der Prämonstratenser.
4) aufs genaueste und kleinste.
5) kurz, ohne Umschweife.
6) einen Finger breit.
7) Stube.
8) Bewohner.
9) Schreibfehler für coqueret kochen.